



## L A T I N

**VERSION** : Le supplice de Gavius

O nomen dulce libertatis ! O jus eximium nostrae civitatis ! O lex Porcia legesque Semproniae ! O graviter desiderata et aliquando reddita plebi Romanae tribunicia potestas ! Hucine tandem haec omnia reciderunt, ut civis Romanus , in provincia populi Romani, in oppido foederatorum ab eo, qui beneficio populi Romani fasces et secures haberet, deligatus in foro virgis caederetur ? Quid ? Cum ignes ardentisque laminae ceterique cruciatus admovebantur, si te illius acerba imploratio et vox miserabilis non inhibebant, ne civium quidem Romanorum, qui tum aderant, fletu et gemitu maximo commovebaris ? In crucem tu agere ausus es quemquam qui se civem Romanum esse diceret ?

Cicéron, *Les supplices*

### **THEME**

Verrès, le cruel préteur, osa mettre en croix Gavius bien que celui-ci fût citoyen romain.